



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXXXVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**



detur græcè & latinè, quoniã adhuc  
 tertia lingua, scilicet Hebræa filet.  
 Quòd verò Crux eo die discooperi-  
 tur, significat mysteria legis in mor-  
 te Christi esse reuelata. Tenebrae Ioan, 19.  
 autem quæ facta sunt eo moriente  
 significat cecitatem Iudæorū. quod  
 verò os ex eo non est comminutum,  
 significat quòd virtus eius ex passio-  
 ne non est comminuta. Scissio au- Matt. 27.  
 tem veli, reserationem significat  
 figurarum, quasi autem in silentio  
 finitur officium: quia nondum Ec-  
 clesie redditum est caput suum.

CAP. XXXVII.

**P**relibatus quibusdam genera-  
 libus ad Parasceuen pertinenti-  
 bus quædam specialia sunt ponen-  
 da, & quædam generalia ad tres di-  
 es pertinentia. Primò de speciali-  
 bus. Notandum ergo quòd in die  
 Parasceues Missa non celebra-

Postquã  
 quædam  
 generalia  
 ad Para-  
 sceuẽ per-  
 tinentia  
 descripsit  
 nunc cõ-  
 sequẽter  
 quædam  
 specialia  
 adducit.



tur. Unde decretum Innocentij est, *tur*  
 dicentis: Constat Apostolos biduo *vin*  
 isto in tristitia & in mœrore fuisse, *nes*  
 & propter metum Iudeorum se oc- *les*  
 culuisse. Biduum memoratur, *ino*  
 traditio Ecclesie habeat. isto biduo *gan*  
 sacramenta penitus non celebrari. *por*  
 & loquitur de sexta feria & septi- *pha*  
 ma. Illa igitur sexta die corpus Chri- *stor*  
 sti non conficitur specialiter, quia *req*  
 pro nobis, sicut dictum est, Christus *cap*  
 sine figura immolabatur: & quia *br*  
 illo sublatus est sponsus Ecclesie cum *tia*  
 descenderit ad inferos tali die. Illo *run*  
 autem die specialiter crux adora- *Im*  
 tur, quæ ab adstantibus ante Altare *pio*  
 osculatur & salutatur. Ipsa enim *A*  
 est, ut dicit Chrysost. glorificanda *me*  
 & adoranda, dicit enim: Crux est *ca*  
 spes Christianorû, resurrectio mor- *cl*  
 tuorum, cecorum dux, desperato- *te*  
 rum via, claudorum baculus, con- *ru*  
 solatio pauperum, refrenatio divi- *pe*  
 tum.

Chryso-  
stomus.



tum, destructio superborum, malè  
 viuentium pœna, aduersus demo-  
 nes triumphus, denictio diaboli, ado-  
 lescentium pedagogus, sustentatio  
 inopum, spes desperatorum, nau-  
 gantium gubernator, periclitantiũ  
 portus, obsessorum murus, pater or-  
 phanorum, defensor viduarum, iu-  
 storum consiliarius, tribulorum  
 requies, paruulorum custos, virorũ  
 caput, senum finis, lumen in tene-  
 bris, sedentium regum magnificen-  
 tia, scutum perpetuum, insensato-  
 rum sapientia, libertas seruorum,  
 Imperatorum Philosophia, lex im-  
 piorum prophetarum, annunciatio  
 Apostolorum, martyrum gloriatio,  
 monachorum abstinentia, virginũ  
 castitas, gaudium sacerdotum, Ec-  
 clesie fundamentũ, orbis terra cau-  
 tela, templorum destructio, idolo-  
 rum repulsio, scādalum Iudaorum,  
 perditio impiorum, inualidorum



Hier. in  
Epist. ad  
Ephes.

Philip. 2.

virtus, egrotantium medicus, emun-  
datio leproforum, paraclitorum re-  
quies, esuriētium panis, sitientium  
fons, nudorum protectio, de qua  
Hieronymus in tractatu Epistola  
ad Ephesios: **Crux CHRISTI**  
non solum nobis, sed & Angelis  
cunctisq; in caelo virtutibus pro-  
fuit & aperuit Sacramentum,  
quod antea nesciebant. Quia er-  
go illo die quo crucem osculamur  
humiliatus est pro nobis vsque ad  
mortem crucis; bene congruum est,  
ut tota deuotione ante crucem pro-  
sternamur, nō creaturam aliquam  
colendo, sed ipsum qui in ea passus  
est, odorando: & illud vexillum re-  
gium **CHRISTI** sanguine rubrica-  
tum, venerandum, ut corpore pro-  
sternamur ante crucem, & mente  
ante Deum: quod sonat illud, quod  
adorando dicere debemus: **Crucem  
tuam adoramus Domine, & san-**  
Etans



Etiam Resurrectionem tuam laudamus & glorificamus. Et Beatus

Hieronymus in libro de vita Paulæ: Prostrata erat ante crucem quasi Dominum in cruce penden-

tem cerneret. Hoc enim signum bellicum inter alia preciosius erat, eò quòd Imperatorem præcedere & adorari à militibus solebat.

Scribit etiam Beda in libro historiae Anglorum, quod Osualdo fidei regi & Christianissimo, qui in periculo positus, subito fecit crucem: eaque adorata ab ipso & ab

uniuerso exercitu suo, post orationis effusionem consequutus est victoriam. Et Sedulius de ipsa

in Paschali carmine: Quattuor inde plagas quadrati colligit orbis: Splendidus auctoris de vertice fulget Eous. Occiduo sacra lambuntur sydere planta, Arcum dextra tenet, medium laeva erigit axem.

Hier. in libro de vita Paulæ.

Beda in lib. hist. Anglorum.

Sedulius lib. 4.



172 DE OFF. EPISC.

- Unde non immerito crux viuifica nominatur: quia sicut primus Adā qui fuerat causa perditionis, per quatuor partes mūdi dispersus erat: sic secundus Adam, qui causa est saluationis, quatuor partes mundi statu sui corporis comprehendit in ligno. Tres autem adorationes facimus; quater propter nos fuit Christus illusus: primo, flexis genibus uelata eius facie in atrio Pontificis; secundo, ante pratorium quando illo tradito Iudeis à Pilato, ut crucifigerent eum, milites pleclentes coronam de spinis, flexis genibus illudebant ei: tertio, quando transeuntes dicebant Christo in cruce: Uah qui destruis templum Dei, &c. Tripliciter autem crucifixus legitur Dominus illo die: Hora tertia linguīs Iudeorum dicentium; Tolle, tolle, crucifige eum: hora sexta, cum positus fuit in cruce: hora nona, quatuor.

Matt. 26.

Matt. 27.

Matt. 27.

Ibidem.

Ibidem.



quando expirauit. Eadem hora per totum annum ad celebrandum Missas canonicè sunt instituta, quae Christi passionem mysticè representant. Unde diebus festis hora tertia; diebus profestis, hora sexta; & in ieiunijs hora nona celebratur Missa. Sunt & alia quadam generalia ad hoc triduum pertinentia, ut tres. uigilia trium noctium, quae tres horas generalis eclipsis designant, quando, teste Euangelio Lucae, sol obscuratus est, & tenebrae factae sunt super uniuersam terram ab hora sexta usq; ad horam nonam: quod infideles accidisse dicebant naturaliter, non miraculose. Quod esse non potest, sicut patet in Epistola Dionysij ad Apollophanem: In memoriam igitur illius eclipsis, quae fuit horis tribus, & nos tenebras tribus noctibus facimus & candles accendimus, & successiuè eas

Luc. 23.

Dionysius ad Apollophanem.

H 7 extingui-



extinguimus, ut defectum fidei Apostolorum significemus. In Threnis Thren. 3. Hier. legimus; quia sicut Hieremias Iosia mortem deploravit, sic nos Christi passionem. Diurnum officium silenter dicitur, sed nocturnum altè cantatur. Nocturnum enim officium significat vaticinium prophetarum, qui alta voce quae de Christo ventura erant, praedixerunt. Hora autem diei, quibus in Evangelio comparantur Apostoli, cantantur submissè: quia praedictio eorum cessavit in passione. Ad Benedictus autem dicitur antiphona voce terribili & alta, significans cohortis tumultum, quam adduxit Judas, quando cū gladijs & fustibus tradidit Christum. Ignis autè qui reservatur, significat Christi divinitatem, quae licet occultaretur, non tamen extinguebatur.